

quam omnium, Nam unius hominis, quam totius ecclesiae  
 aetatum ac saeculorum gradibus, intelligentia, scientia,  
 sapientia; sed in suo Dunlaxal genere, in eodem scilicet  
dogmate, eodem sensu, eademque sententia. Cap. 24. Imitetur  
 animarum religio rationem corporum, quae licet annorum  
 processu numeros suos evoluant et explicent, eadem tamen,  
 quae erant, permanent. Multum interest inter pueritiae florem  
 et senectutis maturitatem; sed eadem tamen ipsi fiunt  
 senes, qui fuerant aetollescentes; ut, quamvis unius ejusdemque  
 hominis status habitusque mutetur, una tamen nihilominus  
 eademque natura, una eademque persona sit. Parva lactentium  
 unum membra, magna juvenum. eadem ipsa sunt tamen. Quod  
 parvulorum artus, tot virorum; et si qua illa sunt, quae aevi  
 maturioris aetate pariuntur, jam in seminis ratione pro-  
 verba sunt; ut nihil novum postea proficeretur in senibus,  
 quod non <sup>in</sup> pueris jam ante latitaverat. — — — Ita etiam Chri-  
 stianae religionis dogma sequatur has, decet, perfectum  
 leges, ut annis scilicet consolidetur, dilatetur tempore,  
 sublimetur aetate, incorruptum tamen illibatunque  
 permaneat, et universis partium suarum mensuris, crine-  
 busque quasi membris ac sensibus propriis plenum atque  
 perfectum sit, quod nihil praeterea permutationis admit-  
 tal, nulla proprietatis dispendia, nullam definitionis  
 sustineat varietatem. — — cap. 25. Fas est, ut prisca  
 illa coelestis philosophiae (In göttlichen Offenbarungen)  
 dogmata processu temporis excurentur, limentur, poliantur;  
 sed nefas est, ut commutentur, nefas, ut detruncentur  
 aut mutilentur. Accipiant licet evidentiam, lucem,  
distinctionem; sed retineant, necesse est, plenitudinem